

*Diffimum, ac meritissimum P. Brancatum  
in Epitom. Sacror. Canon in Verbis quarumlibet  
Religionum propriis suis locis, ut Verb. Monachi  
Cassinienses, Camaldulenses, Carthusiani, Cister-  
cienenses, & sic de Reliquis. Item Verb. Fratres  
Medicantes, &c.*

33. Alind vicariorum genus est illud, quod appellatur monialium; in monasteriis enim illarum solent constitui quedam moniales antiquiores in vicariis, seu Praefectas superiores, siue in Abbatissas, quarum electiones fieri debent per secreta suffragia, & vota, & nomina eligentium publicari non possunt, alias electio est nulla, & electa est inhabilis ad alia officia, ut habeatur in Concil. Trid. sess. 25. de regularib. cap. 6. cuius electionis Praxim habes infra. tom. 2. par. 5. Praef. 16.

34. Est tamen observandum, quod si huiusmodi vicariarum, & aliarum superiorum monasteriorum electio per ordinationes, & constitutiones monasterii, spectet ad Abbatissas, & Discretas, & ad Episcopum pertineat tantum illas confirmare, ita seruari debet; nec Episcopus aliud pretendere potest, vt declarauit Sac. Cōgr. Epic. & Regular. in una Lamacen. 26. Octobris ann. 1604.

35. Observandum est præterea, quod vicarie, Praefectæ, & aliae superiores monasteriorum monialium non possunt durare, ultra tres annos, & postea vacante officio, vt de Abbatissis, & aliis Italæ Praef-

etis disponitur in constit. 80. Gregor. XIII. in Concil. Mediolanen. 1. p. 3. tit. de Prefect. &c. monialium. Per istam tamen Gregor. XIII. constitutionem, neque per aliam alterius Pontificis, non prohibetur, ne possint eligi vicaria, quæ triennio immediate precedentie fuit Abbatissa; dummodo eadem vicaria non sit prima Superiorissima monasterii, sed subsit Abbatissa pro tempore existenti, vel alteri Superiorista. Ead. congregat. in una Cremonen. 28 Iulij. 1628. & alia 22. Septembris eod. ann. Nisi in monasterio adesset contraria consuetudo.

36. Observandum tandem, quod huiusmodi vicarie deputatio fit etiam, quando in aliquo monasterio, ob malum aliqui Abbatissa regimen succedunt inconvenientia; & tunc eligitur aliqua ex monialibus senioribus, ac monasticæ disciplina zelantioribus; sine cuius participatione, & consensu Abbatissa nihil possit facere, & decernere, vt declarauit Ead. Congreg. in una Montisrealis. 9. Nouembris 1629.

Et hæc pauca dixisse sufficiat in mater omnis generis Vicariorum, veluti Prolegomena, & viam sternentia ad proprium institutum Praxis. Ad quam in alijs sequentibus Partibus opportune tradendam gaudum facimus.

*Ad Laudem, & Gloriam Omnipotentis DEI  
Beataeque Virginis MARIAE & Omnim Sæ-  
ctorum.*

## FINIS PRIMÆ PARTIS.

In Conceptione Tua Virgo Immaculata Fueristi.  
Ora Pro Nobis Patrem, Cuius Filium Peperisti.



# PRAXIS VICARIORVM CAROLI PELLEGRINI CASTRIVILLARENSIS PARS SECUNDA

In qua traditur methodus formandi Processus ciuiles in  
vtrisque foro, tum Ecclesiastico: tum Seculari; ad  
formam Iuris communis; necnon munici-  
palis Regni Neapolitani.

Cum observationibus Sacrorum Canonum, legum, &  
Doctorum. Formulas insuper totius ordinis iudicarij  
fusæ complectens.

Iudicibus, Aduocatis, & Causidicis omnibus,  
etiam Laicis perutilis, ac necessaria.

